

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Fides siue fidelitas f
cum fontibus proximo et primo

Sicut in radice arboris nulla prorsus
apparet pulcritudinis species, et
tamen quicquid est in arbore
pulcritudinis uel decoris
ex illa procedit, sic ex fidei
humilitate quicquid meriti,
quicquid beatitudinis
anima susceptura est,
ex fidei fundamento
procedit.

Augustinus super Iohannem.

Fides radix est omnium bonorum
Augustinus super Joan:
«Sicut in radice arboris nulla prorsus
apparet species pulchritudinis, et
tamen quicquid est in arbore
pulchritudinis et decoris,
ex illa procedit; sic ex fidei
humilitate quicquid meriti,
quicquidve beatitudinis
animae susceptum est,
procedit. »

Guillemus Peraldus, *De eruditione
principum*, 2.1 (P. Fiaccadori ed., in
Sancti Thomae Aquinatis opera omnia,
1864, vol.16, p.406).

Fides enim humilitatem habet; cognitio
et immortalitas et aeternitas non habet
humilitatem, sed celsitudinem;
erectionem, nullam defectionem,
aeternam stabilitatem, nullam ab inimico
expugnationem, nullum deficiendi
timorem. Magnum est quod incipit a
fide, sed contemnitur. Fundamentum
solet etiam in aedificio ab imperitis
contemni. Fossa fit grandis, lapides
quoquo modo passim mittuntur, nulla ibi
expolitio,
nulla pulcritudo apparet, quomodo nec
in arboris radice, non
apparet aliqua pulcritudo; totum
tamen quicquid te delectat in arbore, de
radice surrexit.

Augustinus Hipponensis, *In Iohannis
euangelium tractatus CXXIV.*, 40.8
(CCSL 36, R. Willems ed., p.354, ll.7-
17).